

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertationes refutatoriae synodalis ab Heinrico Heideggero professore Tigurino adversus sacras

Reding, Augustin

Monasterii Einsidlensis, 1669

Dissertatio III.

[urn:nbn:de:bsz:31-162659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-162659)

voluit esse Adiaphorum, cuiusq; ad credendum licentiæ expositum. Unde clarè evincitur, illud Zwinglianū dogma non ità habere veritatis Divinæ notā ex continuatâ observantiâ firmatam, ac illud de Divinâ Sacelli Einsidlensis Consecratione Mysterium. Quid nî ergo dicamus, hanc Divinam Consecrationem majori Divinæ veritatis testimonio niti, quàm Tigurinorum Sacramentum Evcharisticum.

DISSERTATIO III.

An non nemo illam Eremitanam Cameram supra Lauretanam extollens, ipsi cultum Latria simul, ac Hyperdulia, & Dulia, nec non vim Venialium ex opere operato remissivam tribuat?

I. **H**Eideggerus §. 15. suæ Dissert. ponit sequentia: Sanè Augustinus Reding in discursu Theologico de Sacello Einsidlensi, disc. 8. & 10. Cameram hanc Ere-

Eremitanam supra Lauretanam extol-
lens, non dubitavit palam asserere, ip-
sum Sacellum cultu respectivo Patrie simul, &
Hyperdulie, ac Dulie venerandum esse; nec non
Christum, ejusque Matrem meritorum suorum
virtutem Divino illi Sacello taliter impressisse,
ut eorum intuitu hunc sacrum locum invisen-
tibus gratiarum ac beneficiorum effectus mi-
rabiles efficiat, adeoque Peregrinationes ad
Sacellum Einsidense in re, vel voto susceptas
remittere peccata venialia ex opere operato.
Quibus tandem adjungit: Horreo re-
ferens verba Monachi.

II. Meritò horruit Doctor iste Ti-
gurinus ex hac suâ relatione, dum fal-
sitas commissa ipsius conscientiam hor-
rore non inmeritò concussit. Nam quo
jure licuit ipsi asserere, quòd Redingus
cit. disc. 10. Cameram illam Eremitanam
extollat supra Lauretanam? Hoc equi-
dem Monachus iste argumentum ibi
exponit: *Domus Lauretana ob Incarnatio-
nis Divinae ibi peractum mysterium, & Men-
sa, in quâ Christus instituens Eucharistiae Sa-
cramen-*

cramentum, panis in Corpus, & vini in Sanguinem suum conversionem fecit, adorari debet cultu Latria. At verò Christum fuisse in Sacello Einsidlensi corporaliter presentem, sacrumque Altaris officium peragendo, ibi fecisse transubstantiationem panis, & vini in proprium Corpus, & Sanguinem suum luculentis testimonijs & argumentis superius est probatum. Quæ porrò Christi in Sacello Einsidlensi replicata tum circumscriptivæ, tum Sacramentalis presentia (si Aegidio de Coninch credas) accidit per iteratam Christi productionem. Nunquid ergo locus iste ex hoc respectu adorandus est cultu Latria respectivo? Hæc proinde est Monachi illius argumentatio. Sed nunquid titulus ex mysterio Incarnationis intra domum Lauretanam peractæ desumptus minorem fundat Latriæ respectivæ cultum, quàm illa mysteria præsentia Christi, & Transubstantiationis perfectæ in domo Eremitanâ? Quo igitur jure Heideggerus asserit de illo Monacho Redingo, quòd Sacellum Einsidlense extollat supra domum Lauretanam?

III. Sed

III. Sed horror ille ex eâ fortassis ratione incessit Heideggerum, quòd Saccello Einsidlensi tribuatur Latriæ cultus respectivus. Verùm istius respectivi cultûs ratio, & natura in eo se tenet, quòd res etiam inanimata habens respectum ad personam sanctam, propter hujus excellentiam eatenus colatur, & adoretur, ut cultus ejusmodi non terminetur in re inanimatâ, sed referatur in personam illam sacram, imò hæc potius in re ejusmodi, quàm ista res in se ipsâ adoretur. Hujus autem cultûs exemplum habemus in Moyse *Exod. 3.* ubi iussus est, solvere calceamenta de pedibus suis, eò quòd locus, in quo stabat, terra esset sancta. Habemus tale exemplum etiam in Davide, qui *Psal. 131.* aiebat: *Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus, scilicet Dei.* Simile exemplum desumitur ex *2. Paralip. cap. 7.* Ubi Sacerdotes ex cultu erga Deum, ac Templum Domini, abstinere debebant ab hujus ingressu, eò quòd majestas

jestas Domini impleisset Templum. Cum igitur ex dictis *Dissert. 1. & 2.* constet, Christum Dominum corporaliter descendisse in Sacellum Einsidlense, ibique sacrum Altaris officium peregrisse, atque in templum sibi, suæquæ Matri Virgini dedicasse; rogat præcitarus Monachus, an non majestas Domini illud Sacellum eatenus implevit, ut non nisi detractis terrenæ solitudinis calcibus, cum reverentiâ summâ, & cultu Latriæ in ipsummet Christum relato liceat ingredi Divinum hoc templum?

IV. Fortassis opponet Heideggerus, Redingum *cit. disc. 10.* eâ ratione Sacellum Einsidlense præferre domui Lauretanæ, quòd interrogando insinuet, quasi Deus omnium sanctorum locutum plenitudinem videatur contrulisse in unum Deiparæ Virginis Einsidlense Sacellum, ita ut istud cultu respectivo Latriæ simul, & Hyperdulæ, ac Dulæ venerari liceat. Verùm hujus rationem Monachus præfatus desumit tum

ex.

ex eo, quòd in Beatissimæ Virginis instar fulguris præfulgidæ, sub illâ Divinâ Sacelli consecratione ante Altare stantis præsentia, fundetur cultus Hyperdulix respectivus; tum ex eo, quòd in Sancti Michaelis, Angelicam Musicam sub eâdem consecratione instrumentis, nec non Beatorum Petri, Gregorij Magni, cum alijs Cœlitibus ministrantium assistentiâ, fundetur cultus Dulix respectivus. Sed nunquid Camera Lauretana ex sanctissimæ Deiparæ, nec non Sancti Gabrielis Archangeli, de Verbi Divini Incarnatione nuntium ferentis præsentia non minori Hyperdulix, ac Dulix respectivæ titulum habet? Quomodo ergo Doctor ille Tigurinus Redingo præallegato imputat, quasi ipse Sacelli Einsidlensis cultum præferat domui Lauretana?

V. Movetur fortè Heideggerus ex illâ cultûs Latriæ, ac Dulix, imò & Hyperdulix multiplicatione. Verùm Latriæ, ac Dulix (ad quam refertur etiam Hy-

Hyperdulia) distinctionem veteribus Ecclesiae Doctoribus usurpata fuisse, testatur Calvinus *insti. lib. 1. cap. 12. sect. 2.* ejusdemque meminit D. Augustinus *q. 66. super Levit. Epist. 45. q. 3. & 66. ad Maximum Medicum, nec non lib. 1. cap. 6. de Trinit. & alibi.* Et verò præter absolutum ipsimet Deo debitum Patriæ cultum, oportere admitti respectivum, nolentes volentes concedunt ministri Tigurini. Nunquid enim cultum adhibendum contendunt suo pani Eucharistico? At hic, ut ipsimet asserunt, est mera figura Corporis Christi. Huic ergo pani non nisi respectivum Patriæ cultum exhibere poterunt, nisi de aperta idololatriâ convinci velint. Quid ergo est in illâ circa Sacelli Einsidlenfis cultum respectivum Redingi doctrinâ, ex quo tantum horrorem conceperit Heideggerus?

VI. At dicit iste Tigurinus Doctor: se ex eo vel maximè offensû, quòd Monachus ille *discursu 8.* asserat: *Peregrinatio-*

natio-

nationes ad Sacellum Einsidense in re, vel voto
 susceptas remittere peccata venialia ex opere
 operato. Verum hallucinatur Heideg-
 gerus: nihil enim horum affirmavit
 Redingus, sed ubi recensuisset doctri-
 nam Altrishodorensis lib. 4. tract. 6. q. ult.
 Majoris in 4. dist. 21. q. 1. Gabrielis dist.
 16. q. 5. a. 3. dub. 3. Soti dist. 15. q. 2. a. 3.
 Henriquez lib. 4. de sacram. cap. 15. n. 8.
 docenium, sacramentalia, vel ingres-
 sum templi consecrati, & orationem ibi
 factam remittere peccata venialia ex
 opere operato: exinde hanc doctrinam
 nec approbando, nec improbando, af-
 ferit, si eam extendere quis velit, ita
 licere argumentari. *Experientiã compro-
 batum est, ingressos Divinum Einsidense Sa-
 cellum in primo statim lumine pium aliquem
 horrorem, ac devotionem sensibilem in se per-
 sepe experiri, aliquoties ad introitum ejusdem
 peccatores ita permotos scelerum suorum ter-
 rore, ut vi quãdam internã fortiter traherentur
 ad pœnitentiam: insuper hareticam oculo
 sinistro cacam ex curiositate visentem Sacellum
 B fuisse*

fuisse Divinitus illuminatam, ac exhinc ad vera fidei lumen excitatam, & conversam; innumera denique corporis & anima beneficia, & stupenda miracula obvenire, sanctissimum illud Sacellum devotè visitantibus. Quae cum fiant independenter ab eorum meritis, vel aliquando impetratione, aut dispositione: an non liceat inferre, Christum Dominum, ejusque Matrem, meritorum suorum virtutem Divino illi Sacello taliter impressisse, ut eorum intuitu hunc sacrum locum invisentibus gratiarum ac beneficiorum effectus mirabiles efficiant? Hæc igitur sunt verba præacti Monachi, à quibus minimè absterret horror Heideggeri, minùs fideliter referentis illa verba.

DISSERTATIO IV.

*In quâ veneratione Sacellum Einsid-
lense ab ipsismet Tigurinis olian ha-
bitum fuerit.*

I. **H**Eideggerus suæ Dissert. Synodalis S.
16. ita habet: Ante Reformatio-
nis tempora religiosa hæc ad Eremita-
nam